Vide

Et qui posterius Bonorum suorum immobilium in Haereditate Jakubowicze sitorum
in Area sua propria duos cum medio Jugeribus incipiens a via strata reg.
ad fluvium Narzec inter metas eiusdem Hieronimi et Joannis Jakubowskij
iacentem cum agris pratis Sylvis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus
proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et
in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica
possessione per Illem et Nobs suos officio acceptandam dat et admittit. Pacemque
tutionem et quietationem Omnimodam evictione promissorum ab Omni impedimento
a quavis quacunque persona spirituali et saeculari per Omnes
processus Omnes cavet sub damnis Omnibus simpli taxatis et edicendis.
Et coram officio Castren Mielnicen in primo Actorum Termino [illegible]
responsione Omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibus
impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi absentendo.

Jakubowsky Zubino — Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Loranscen personaliter comparens Nobilis Jo-
annes olim Nicolai Jakubowskij sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognovit Quia Nobilem Alexandrum Jakubowskij de sorte
[illegible] Terrestri immobili in Haereditate Zubino Bodaki sita sibi recogno-
scentis per eundem Nobilem Alexandrum Jakubowskij in summa Centum
florenorum Polonicorum Coram Actis dictis inscripta ob plenariam sibi satisfactionem
quietat inscriptionem obligatoriam cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Radziszewo — Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Loranscen personaliter comparens Nobilis
Stanislaus olim Joannis [illegible] filius sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Stanislao olim Nicolai
Radziszewskij et suis successoribus Aream suam propriam sex sulcorum in
bonis Radziszewo [illegible] sitam a platea ad viam publicam Cie-
chanoviensem tendentem inter metas Nobilium Joannis Dybowskij et Alberti
Olszewskij iacentem cum pratis et Omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit dona-
vit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem
cum possessione pacifica per Illem et Nobs suos officio acceptandam dat et admittit.
Pacemque tutionem et quietationem Omnimodam evictione promissorum ab Omni impedi-
mento quibusvis quacunque personarum spiritualium et saecularium per Omnes
processus Omnes cavet sub damnis Omnibus simpli taxatis et edicendis
Et Coram officio Castren Mielnicen in primo Actorum Termino perpetua renunciatione
Omnibus iuris remedijs et defensis se et suos successores ubi absentendo.

Wyszonki — Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Loranscen personaliter comparens
Nobilis Joannes olim Philippi Wyszenskij sanus mente et corpore existens pa-
lam publice ac libere recognovit. Quia [illegible] Nobili Jacobo olim Simonis
Wyszenskij ex obligatione [illegible] in bonis Wyszonki antiqua sibi
per eum inscripta Quinque sexagenas Polonicorum integre persolvit adeo
[illegible] quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc condescendit.